

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE ECCLIESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo ad ea vsque tempora per fideles, admirandae virtutes
edebantur. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

suit: unde ecclesia Roma. epistolam scriptam accuratis-
sime eō misit: qua illos cum ad pacem cohortata est, tum
pristinæ eorum fidei memoriam renouauit, tum denique
traditionem nuper ab Apostolis acceptam ante oculos
proposuit. Paulo post idem sic loquitur. Clementi huic
successit Euarestus, Euaresto, Alexander: deinde Xystus
Pontifex ab Apostolorum temporibus sextus consti-
tuitur. Quo mortuo, Telesphorus delectus est, qui p̄r-
clare & generose martyrium subiit. Tum Hyginus: de-
inde Pius: post Anicerus illo munere potiebatur: Soter
Aniceto proxime succedit. Iam duodecimo loco ab A-
postolis Eleutherus Pontificatus ministerium obtinet.
Vnde traditio in ecclesia ab Apostolis gradatim deriu-
ta, & syncera veritatis prædicatio eodem ordine, eadem
episcoporum successione in ecclesia ad nostram usque
æstatem continuata est. Hæc Irenæus admodum congru-
entia cū serie historiarum, quæ superiore nostro sermo-
ne percursæ sunt, conscripsit, in libris illis (sunt autem
quinque numero) quos de falsæ doctrinæ refutatione
inscripsit.

*Quomodo ad ea usque tempora per fidèles, ad-
mirandæ virtutes edebantur.*

CAP. VII.

Idem porro Irenæus in secundo libro eiusdem operis,
clara diuinæ & admirabilis virtutis iudicia in ecclesiis Cap. 57
quibusdam ad suam æstatem residua fuisse, his fere ver Cap. 58.
bis perspicue monstrat. Plurimum abest, ut hæretici
possint mortuum suscitare, sicut dominus ipse, sicut eius
Apostoli, præcationis subsidio adiuti, sicut alij è fratri-
bus complures suscitarunt. Sæpenumero autem aliqua
de causa necessaria illud ipsum postulante, spiritus mor-
tui, propterea quod tota ecclesia illius loci, ubi eius mo-
di res gerebatur, cū ieunio, & multa intercessione Deū
orabat, in corpus rediit, & hominis vita sanctorum pre-
cibus donata est. Rursus paululū in oratione progressus
sic ait: Quodsi Dominū non reuera quidē, sed oculos ho-
minum quasi visis perstringēdo, ista edidisse dixerint, il-
los ad prophetarū libros deducemus, ex illisq; ostende-
mus perspicue, omnia de illo ad eum modū & prædicta

N esse,

EVSEBII HISTORIAE

129

esse, & vere post euenisce, & eum solum Dei filium esse. ;
Quapropter qui vere sunt eius discipuli, in nomine illius ,
per gratiam ab illo acceptam eiusmodi prestant, quo re- ,
liquis hominibus gratificantur, sicut quisque eorum ab ,
eo donum acceperit. Quidam enim dæmones sic pro cer ,
to & vere ejiciunt, vt non raro hi, qui malis & nequam ,
spiritibus purgati fuerint, tum fidem recipient, tum in ec ,
clesia & fidelium hominum societate constanter perse- ,
uerent. Nonnulli rerum futurarum præscientia, diuina ,
visione & prædictione prophetica imbuuntur. Alij eos ,
qui grauibus morbis afflantur, per manuum impositio ,
nem curant, & ad pristinam valetudinem restituunt. Iam ,
vero, vt diximus, mortui suscitati sunt, & multos annos ,
post apud nos commorati. Quid plura? Dona sane ,
dicendo quidem numerari poterunt, quæ Deus ecclesiæ ,
per vniuersum mundum diffusæ donauerit, quibusque il- ,
la in nomine Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, in ,
dies singulos multa miracula ad gentium utilitatem effi- ,
cit, & neque quenquam dolo & fallaciis deludit, neque ,
hæc agit pecuniæ cupiditate, aut quæstu ducta. Nam si ,
cut à Deo accepit gratitudo, sic cuiq; gratis subministrat. ,
Alio loco idem author scribit. Multos fratres in ecclæ- ,
sia ipsi audiuimus, qui & dona prophetiae habent, & va- ,
riis linguis per spiritus sancti gratiam loquuntur, & oc- ,
ulta hominum in apertum proferunt ad aliorum com- ,
moditatem, & mysteria Dei perspicue & euidenter ape- ,
riunt. Ista de varietate donorum in eorum animis, qui ,
eisdem digni habebantur, ad tempora modo common- ,
strata residentium, haftenus differuimus.

Quomodo Irenæus, diuinarum scripturarum meminerit.

C A P. VIII.

Quoniam autem in ipso nostri operis exordio polli-
citi sumus nos, prout se offerret occasio, voces ve-
terum ecclesiasticorum, presbyterorum, & scripto-
rum proposituros, quibus traditiones de scripturarum
omnium testata cōsignataq; autoritate approbatarum
ad illos delatas, declarauerunt (ex quorum numero erat

Ire-